

quã styli libertatem tentares exercere, etiam in levi  
argumento. Macte hãc solertiã, et a me sene non  
inexpertis disce, sã quò tendis non portendi, nisi hisce  
duobus adminiculis, legendo nimirum et scribendo, quo-  
rum rerum si quando te satietas ceperit, actum puta-  
re studiis me autore; qui tamen longè potiora mihi  
de te polliceor. quoties in mentem venit, quantis avis  
Proavis attanisque ortus sis. Hisce aliquando ut  
te parem aut majorem præstes ex animo voveo.  
Vale Lutet. Paris. IV. Non. Maij C1717CLXIII.

N. De Sobirats.

Quod pro calibatu individuum vitæ consuetudinem  
feliciter delegeris, Vir Nobilissime, tibi primum ex  
animis gratular, proxime charissimis Parentibus, postre-  
mò mihi quem dignatus sis tanto terrarum inter-  
uallo ab orbe vestro remotum, domestica fortuna, et  
gandii participem facere. Amplexor equidem benevo-  
lentia, quã me prosequeri non cessas, novam probam-  
que tesseram, et vicissim rogo, ut si quid in me  
observasti, quo me tibi tuisque non inutilem ami-  
cum præstare valeam, hominem te nactum statuas  
cui plenã libertate quod velis imperes. de Patris optimi  
negotio frustra calcatur addi, bene currenti, et quod  
felix faustumque sit voveo, ad metam provento. Eram  
in diplomate concinnando, quale utriusque vestrum  
conducere debere judicavi, cum utriusque litera sunt  
reddite. Proinde hoc omne negotium brevi confectum  
dabo. ut nimirum hoc quoque novo gaudio (macti-  
sitis. Vale. Vir Amplissime et me ama. Hagel Com-  
poid. Cal. Jan. Anni C1717CLXVI. quem simul omnibus  
vobis auspiciatum opto et prosperum.

Svesterbanio

Liberasti me non levi suspiciuncula, Vir eximie  
quã, cum in turbã salutantium solus reduci non  
appareres, dubitare ceperam aliquid decessisse ab  
illo affectu, quo me à juventute nostrã ut memores  
humanissime complexus es immerentem certè et  
non illum Hugenum quem fortasse tibi.

Fama levis, mendax garrula finxit anus.  
Quadruplici ergo munusculo totius quadriennii quo exulavi  
officiis